

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Henning Wegner Caspar Voigt

**Disputatio V. Ad I. Locus 60. & leges aliquot seqq. Tituli XVI. lib. L. Pandect. De Verborum Et Rerum Significatione**

Regiomonti, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769825648>

Druck Freier  Zugang





K.W. — 2 (100.)

1. Mollenbus de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando deficitandoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officiis. Autograph.
4. Hartung de curatore ad litem.
5. Stryk de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryk de domicili mutatione.
7. Radou de sufficiens.
8. Bünfow de jure detractionis et emigrationis.
9. Stryk de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de lebico aetatis.
11. Dürfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aarwede de praesumptionibus.
13. Boltz de angutorum.
14. Charioius de dolo.
15. Charioius de culpa.
16. Willebrandt de senatus consulti macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinueros.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de ea quod justum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radou de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Kraft de concursu judicis civilis et criminalis in causa ultimi supplicii.
25. Meyer de indicis in criminis magiae quoad torturam reprobatis et approbatos.
- 26a - 2. Wegner de verborum significacione disput: I - IX.
27. Clemann de reciproca cohaeredum substitutione.
28. Lichrodt de vi rei judicatae.
29. Wincop de residenda divisione hereditaria.
30. Reinhardt de successione first.
31. Banja de usuris ultra alterum tantum.
32. Schreter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuit.
33. Schreter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romano pontifice per ius canonicum perverse tentatas.
34. Streit de actione quae ex mala munere administratione competit.

35. Gribner de fidejusfore mulieris apud saeculos sine curatore conservantibus.  
36. Beckmann de patria potestate.  
37. M. Grass de jure prototorum.  
38. Klinger de dote.  
39. Werner de jure emphyteutico.  
40. Streit de rapido et divortio.  
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et hororum possessione.  
42. I. L. P. Böhmer de filio vagalli successore in feudum.  
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.  
43<sup>6</sup> de Bellmont de academia Erfurtana.  
44. Spoenla de favo ac privilegiis practicantium in camera imperiali.  
45. Kestner de jure humaniore Codicis.  
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.  
47. Schroeter de probatio per testem et prae sumptionem itemque iuramen-  
to judiciali et necessario in processu exentivo locum habente.  
48. Brietner de favore ultimorum voluntatum.  
49. Schroeter de principiis rescriptis eorumque usus moderno.  
50. Sahme de jure numeri septenarii Non nulli iuris subiecti Zoff.  
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.  
52. Scherbaum de pariete communii ejusdemque jure.  
53. Schnidl de denunciatione e suggestione.  
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.  
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.  
56. Streit de quatuor quartis.  
57. Nafroos de impensis in rem alienam a b. et m. f. postponit factis.  
58. Schott. de uxore desertice dote sua esse regula quidem, non tamen  
semper privanda.  
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatilium ferriens vidua mortua  
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non interfici.  
60. Ricinus de conventione obligationis debitoris ad carcavam in cui-  
us debiti.

**DISPUTATIO V.**

265

*Ad l. Locus 60. Et leges aliquot seqq.*

*TITVLIXVI lib. L. Pandect.*

**DE VERBORVM ET  
RERVM SIGNIFICATIONE.**

**QVAM.**

*DEI juvante gratiâ*

*Sub Præsidio*

**HENNINGI WEGNERI I. U. D,**  
**& Professoris ordinarij.**

*In Academiâ Regiomontanâ publicè  
tuebitur*

**CASPARVS VOIGT Rostoch.**  
*Megapolitanus.*

*Ad diem 30.. Septem.*



*REGIOMONTI*

**Excusa Anno cœlo cœlo cxvii.**

*Viris Clarissimis & Excellentissimis*

Dn. IOACHIMO JVNGCLAVS

L. V. D.

Dn. MAVRITIO HEIN Philoso-

phiæ & Medicinæ Doctori,

Illi Illustrissimi Principis ac Domini,

Dn. IOHANNIS ALBERTI Ducis Me-  
gapolitani &c. Domini nostri Clementissimi,  
Consiliario: Huic Archiatro, di-  
gnissimis, fidelissimis,

NEC NON

*Præstantissimis, prudentiâ, humani-  
tate conspicuis Viris*

EBERHARDO von Düren / PATRICIO,

& Civitatis Cniphovianæ Mercatori pri-  
mario, affai suo honorando,

HINRICO Hartwich Notario publico

Ayunculo suo colendo,

Dominis Mæcenatibus, Patronis,  
& Fautoribus suis dignissimis, mul-  
tumq; honorandis,

*Hanc disputationem debita observantia  
ergo dicat & offert*

Casparus Voigt Rost.

*Ad l. locis 60.*

**L**ocus est, non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid est: & plerumque sine villa locum accipimus. Ceterum adeo opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus possit fundus dici, si fundi animo eum habuimus. Nō enim magnido locum à fundo separat, sed nostra affectio: & quilibet portio fundi poterit fundus dici, si jam hoc constituerimus. Nec non & fundus locus constitui potest. Nam si eum alij adjunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationem non solum ad rustica, verum ad urbana quoq; prædia pertinere Labeo scribit. Sed fundus quidem suos habet fines locus vero latere potest, quatenus determinetur & definiatur. Videantur dicta ad l. ager. 27. sup. b. tit.

*Ad l. satisfactionis 61.*

Satisfactionis appellatione interdum etiā repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisfactio debebatur.

† Satisfactione est satisfactio quæ fit datis fidejussoribus l. 1. qui r.  
suffid cog. l. 7 de. pret. stipul. † Ne pignora quidem dedisse 2.  
sufficit, ubi satisfactione exigitur, dixi ad l. plus cautionis 25. inf. de R. I.  
multo minus nuda repromissio. † Hoc ita est, repugnante eo, 3.  
qui satisfactione est. Etenim si stipulatione aut repromissione sim-  
plici contentus sit, propria voluntate eandem satisfactione substi-  
tuit, ut exinde ipsi satisfactione sit, quæ per se talis non est l. 1 rem 9.  
§ omnis 3. de. pig. act. † Licet juri pro se, licet publica autori- 4.  
tate

A 2

tate, introductio, renuciare arg. l. ex pretorio 27, ibi Dd. inf. de R. t.  
Interdum etiam ipsa necessitatis ratio, ne aliquin fidejussoribus  
destitutus, re sua caret, eo loco est, ac si creditor nuda re promissi-  
one contentus, cum hoc ipsum aequitas suggerat l. sciendum 15. l.  
fin. qui sat d. cog. Alciat. hic n. 4.

*Adl. tigni 62.*

Tigni appellatione in lege duodecim tabularum  
omne genus materiae, ex qua aedificia constant, si-  
gnificatur.

1. † Lege XII. Tab. cautum erat, ne quis tignum alienum aedi-  
bus suis eximere cogatur § cum in suo solo 29. inst. de R. D. Baldwin.  
*ad l. 12. tab. c. 12.* Quasitum est, quid tigni appellatione veniat?  
Et venire definitum, omne genus materiae, ex qua aedificia con-  
stant, non tantum trabes, sed ligna quoq; lapides, calx, arena:  
imò ea quoq; quae vineæ sunt necessaria, quia tigna à tegendo di-  
cta sunt, quo ista omnia spectant l. 1. §. tigni de tigno junct. † Inde  
fabros etiā tignarios dicimus, non eos duntaxat, qui tigna dola-  
rent; sed omnes qui aedificarent l. ferri. 235. § 1. inf. b. t. Totum n.  
aedificium tegendi causa sit, ut in eodem habitantes, cum rebus suis  
recti sint &c tuti.

*Adl. Penes 63.*

Peneste, amplius est quam apud te, nam apud  
te est, quod qualiter qualiter à te teneatur; penes te est,  
quod quodammodo possidetur.

1. †. Penes te est, quasi penitus apud te, ut tu in re illa tibi jus  
adferas: apud te significat tantum rei apud te existentiam etiam  
2. sine aliqua tui affectione in eandem b. l. n. † Ideoq; si maritus  
caverit testamento, nihil rerum suarum esse penes uxorem, nec  
eam hoc nomine inquietandam: res quae apud uxorem sunt, in  
hereditate mariti manere oportet, nisi uxor doceat de contraria  
voluntate l. Tita 34. § Caus. 3. de legat. 2. quanquam ibi Cujac,  
penes existimet accipendum pro apud. Vide etiam l. alio herede 9.  
in pr.

in pr. de aliment. & cibis. leg. Gödd hic n. 2. seqq. † Testatur ta. 3.  
men Alciatus hanc differentiam plerumq; confundi p. l. si quis in-  
tamam 7. C. unde vi, ex qua ut etiam ex l. id apud 143. inf. b. tunc  
potius probatur, apud generalius esse quam penes, quia est simpli-  
cius gl. hic in verb. possideatur. Illud tamen probare videtur l. si  
ut certo 5. § si de me 14. Comm. si non & ibi penes amplius est,  
propter custodiam & periculum.

### Ad l. Intestatus 64.

Intestatus est, non tantum qui testamentum non  
fecit; sed etiam cuius ex testamento hereditas adi-  
tanon est.

† Intestati divisionem quadrimembrem facit Imp. in pr. Inst. de 1.  
succes. ab intest. Paulus hic bimembrem, ad quam tamen illa re-  
duci potest. † Primum membrum est de eo qui testamentum 2.  
non fecit. Hoc referatur ad potentiam vel actum. Potentia in-  
testati sunt, qui nec testamentum facere possunt, si vellent. &  
hi iterum duplicitis generis sunt. aut enim omnino testandi poten-  
tia desistuntur, qui scilicet lege intestabiles esse jussi sunt l. lex  
Cornelia 5. § si quis librura 9. de injur. l. is cui lege 18. § si quis ob-  
carmeni. qui testam. fac. pos. aut saltem potentia testandi illis im-  
pedimento quodam interveniente veluti in pupillis, prodigiis, fu-  
riosis d. l. is cui lege 18. in pr. l. 1. de suis & leg. her. † Ibi qui-  
dem speciali nomine dicuntur intestabiles, cui consequens est  
eosdem re ipsa & intestatos esse, cum negata potentia negetur &  
adū. sed quia non ē contra actu negato & potentia negatur, &  
proinde verbum intestatus, quod ad ipsum actum deficientem re-  
fertur non tam potentiam destruere, quam præsupponere videa-  
tur: si ut illi quibus hoc præsuppositum omnino deest, non nisi  
impropriè intestati dicantur: Pupilli vero & similes, quibus po-  
tentia testandi tantum impeditur, non impropriè d. l. i. d. suis &  
leg. Gödd. hic n. 4. † Propriè igitur & actu intestati sunt, qui 4.  
cum testamentum facere possent, non fecerunt, sive plane non fe-  
cerint, cum nollent, aut ante voluntatis complementum defice-  
rent l. si is qui testamentum 25. qui test. fac pos., sive non jure fece-  
rint.

5. tint. Non jure fecisse intelligendi sunt, sive ab initio quid de  
juris solemnitatibus omissum, vel præteriti non prætereundi l. 1.  
de injus. rupt. test. sive postmodum quid supervenerit, ut testamen-  
tum eodem loco sit, ac si nec unquam jure perfectum fuisset:  
ipso quidem jure, si testamenti solemnitates à testatore tabulis re-  
signatis tollantur l. pen. C. d. test. aut sius heres postmodum te-  
statori agnoscatur § posthum i. Inst. d. exher. lib § rumpitur. i. Inst.  
quib⁹ mod. test. infirm. quomodo testamentum dicitur rumpi: aut si  
irritum fiat per capit⁹ diminutionem quam patitur testator l. si quis  
6. § irritum 5. de injus. rupt. test. + Iudicis autem officio etiam  
contingit quem fieri intestatum, ac si non sanx mentis esset tem-  
pore conditi testamenti, qui contra pietatis officium testatus est,  
in officiosi querela pr. inst. d. moff. test. aut bonorum possessione  
contra tabuias testamenti petita l. ut liberis 17. C. d. collat. nam  
7. & hic in effectu decedit intestatus Donel. 9. com. i. + Secun-  
dum membrum legis nostra est de eo, cuius ex testamento heredi-  
tas adita non est. Prima intestati causa à testatore est, hæc ab  
herede + Totum negotium, quod agitur testamenti ordinan-  
di gratia, creditur inter testatorem & heredem agi § sed neg. he-  
res 10. inst. d. test. ord. Testator quidem solus, cum condit testa-  
mentum, non ex heredis, sed sua voluntate legem dicit l. i. qui  
test. fac. pos. sed testatore defuncto, in potestate est heredis in-  
stituti, an ex testamento hereditatem adeat, nec ne § extraneis  
§. inst. d. her. qual. & diff. id est, an acceptet legem à testatore  
dictam. Si fecerit, negotium inter testatorem & heredem perfici-  
tur, ac tempus aditionis ad tempus mortis per ipsam hereditatis  
naturam retrotrahitur, ac si jam cum egisset id cum testatore, & ab  
eo hereditatem acceptasset l. heres quandoz § 4. d. acqui. her. l. §  
patroni 55. § qui fideicommissariam 2. ad Trebellianum. + Sin re-  
pudiaverit, aut adire nequiverit iam ab initio nihil egisse testator  
censendus est, postquam quod egit, effectu destituitur, eo sublat⁹  
cum quo egisse censeri deberet l. si nemo 181. inf. 2. R. 1. l. si nemo 9. d.  
test. tut. l. qui plures 38. § ult. d. vulg. & pup. subst. l. si patronus 12.  
§ ex testamento de s. bon. lib. l. filium quem 20. § sed cura ex hereditatis  
d. bon. poss. cont. tab. l. si quis omis 417. si quis omis. causa test.

Ad l.

*Ad l. Heredis 65.*

Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur. Nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

† Titius Sempronium, Sempronius Cajum heredem reliquit: 1.  
An Cajus retenta Sempronij hereditate, Titij hereditatem repudiare, aut si mavelit, vindicare possit, forsitan quis ambigat. Cajus & Paulus notaverunt, hoc posse, illud non item l. veluti 3. de hered. pet. l. si quis 7. § fin ff. de aqg. hered. Ratio est, quod quemadmodum hereditas est successio in universum jus defuncti, & personam ejus representat, ita & heres hereditate adita l. nihil est aliud 24. sup. b<sup>r</sup> t. † Quo pacto contingit ut Sempronio defuncto hereditas ipsius non tantum Sempronium, sed & Titium, qui ab ipso Sempronio representabatur, representet: Et Cajus Sempronij heres, per ipsam hereditatem Titij & Sempronij personam sustineat, & ita heredis appellatio non tantum ad proximum, sed etiam ad ulteriores referatur, & per multas successiones etiam longissimas accipiatur h. l. n. l. sciendū 70. l. heredis. 170. inf: h. t. l. qui per successionem 194. inf. d. R. l. † Quod ita obtinet, ubi non 3. refert de modo, an principaliter & directo, an per successionem & consequiam quis heres sit, & ubi satis est, quem heredem esse, ut in d. l. 3. de her. pet. l. si plures 14. de poſ. l. cum ita dicitur 94. § fin. d. cond. ex demon. l. fin. C. d. her. inst. l. in annalibus 33. C. de legat. l. antiquitas 14. C. de usufr. gloſſ. hic. † Sed si in modo differentia sit, utiq; qui per successionem heres 4. est, non sic est heres, quam qui principaliter, & proximus est heres. † Hic directo per se & immediatē heres est cui suc- 5. cedit, ille mediatae tantum ex consequia quadam hereditatis, qui alia hereditas, in quam per obliquum succedit, inest. d. l. qui per successionem 194. de R. i. d. l fin. C. de her. inst. † De mo- 6. do a. quia rara est consideratio, etiam in paucis tantum speciebus Paulus ait heridis appellationem proximū continere. in d. l. sciendū 70. inf. b. t. † Prima est de successione pupillati, cū heres testatori 7. futuri impuberi substituitur. † Nō tantū proximū ibi intelligitur, 8. sed

sed etiam non aliis, nisi qui ex testamento heres est, l. ex illa parte 227. h. t. Et ibi Alciat. l. qui liberis 8. § bac verba i. l. sed plures 10. in pr. de vulg. & pupill. subst. Rei natura non patitur ut alius intelligatur. † Pater n. pupillariter substituendo filio testamentum condit pr. Inst. d. pup. sub. Testamentum sine heredis institutione nullum est l. i. in fin. d. vulg. & pupill. subst. Heres a. institui, nisi ut certo demonstretur non potest. l. quoties 9. § heres 9. de her. instit. At heres simpliciter nominatus nisi ad scriptum testamento referatur, incertus est, nec venit ex judicio testatoris d. l. sciendum 70. d. l. qui liberis 8. § 1. † Secunda species est de liberto paterno, ex Legi Elia Sentia non nisi a proximo herede, propter ingratitudinem in servitutem revocando, favore scilicet libertatis de qua in l. qui minumittuntur 12. C. d. oper. liber. l. liberti. 3. C. d. liber. & eorum lib. † Tertia species est de operarum exactione, que ad heredis heredem non spectat, sed ad heredem tantum proximum, ne scilicet libertus in infinitum operarum praestatione gravetur. l. cum patronus 22. § cum libertus 1. d. oper. liber. inf. l. 2. eod. Alia in super exempla sunt in l. post legatum 5. § qui accusavit 7. l. qui Titij 7. ff. d. ijs quib. ut indig. l. i. in pr. l. si nepos 5. d. conjung. cum emanc. l. b. l. filius 13. de bon liber. de quibus Petri Fabr. ad d. l. qui per successionem 194. inf. d. R. I.

### Ad l. Mercis 66.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

1. † Mercari non tam est simpliciter emere, quam emtiones frequentare & negotiari; Cui respondet Germanicum Rauffschlag.
2. gen/ inde merx, mercator, mercatura † Mercationes admissae in repub. non adeo propter privatam mercantium utilitarem, ut ditescant, cum melius sit, divitias esse præmium virtutis. & parari fortitudine & prudentia publica, quam negotiatione Arist. 7. pol.
3. 8. & 9. † Magis leges intuentur publicam utilitatem non illum quidem, de qua ex Plutarcho Grégor. Tholos. 4. d. reput. 7. n. 4. quod mercatura ad barbarorum necessitudines parandas multum valeat: cum hoc non aliter contingat, nisi quatenus illi lucrum captant, non præbendum, sed subtilli ingenio auferendum, l. non fa-

non solum. 2. C. d. commerc. & mercat. nec sub specie amicitie  
vel barbari fallendi: imo ne arcana quidem regni alieni scrutari.  
da l. mercatores 4. C. d. tit. † Sed istam utilitatem Calli-  
stratus ex Platone proponit, in l. si quis 2. d. nundinis, ne destitu-  
atur annonae præbitio, ut singula facilius à singulis vendantur  
illiq; ad opera sua statim redeant: ut necessaria importentur,  
quæ abundant exportentur, & cum necessarijs commutentur. † 5.  
Inde demum per consequentiam lucrum ex mercatura, si male  
artes absint retuti in l. præcipiunt 37. l. justissime 44. § proponitur  
1. de edict. edict. honestum est c. per vestras 7. d. donat inter. vir &  
uxor. † Ista ratio rerum importandarum & exportandarum, itē 6.  
ne agricultæ & opifices, desides in foro sedentes, agriculturam &  
opificia negligant, non militat in rebus immobilibus. Ergo nec  
rerum immobilium mercatura propriè, nec merx, sed rerum  
tantum mobilium h. l. n. l. i. § 1. de tribut. act. quatenus sci-  
licet & hæ negotiationis gratia habentur l. i. § si servus 4. d.  
except. rei jud. l. generali 32. § uxor 2. d. usufr. leg. l. i. C. d. nund.  
† Videtur merci in hac significatione convenire Germanicum, 7.  
Wahre oder Kaufmansgut † Vbi autem mercari pro simpli- 8.  
citer emere cepit usurpari l. Consilio 7. § fin. de curat. fur. l. 2.  
§ item queritur 7. de dol mal. exc. Gödd. hic n. 3. mercis quoq; ap-  
pellatio ad rem venalem quamcunq; generaliter porrecta est l. i.  
de empt. vend. l. 1. d. rer. permitt. † Ea propter existimem, ge-  
nerali & lata mercis appellatione & homines venales contineri, 9.  
l. suos 73. § eum 4. d. leg. 3. licet propria & speciali nomine nō ve-  
niant l. mercis 207 inf. b. t. ea forte ratione, qua nec in fructu est  
partus humanus, cum mercis & fructuum consideratio naturalis  
sit & facti, rerum a. natura fructus & merces gratia hominis  
comparaverit arg. § in pecudum 37. Inst. d. R. D. † Inde & 10.  
mangones non dicuntur mercatores, sed tantum venalitiani d. l.  
mercis 207. inf. b. t. † Mangones quasi agones, aut in manum 11.  
sue potestatem agentes, sunt qui mancipia vendunt Cujac. bic. † 12.  
Venalitionum nomen generale est, ad omnes res quascunq; ve-  
nales aut venum expositas Alciat. ad d. l. 207. n. 10. † Mer- 13.  
eatorum autem à merce in specifica significatione derivatur, ip-  
sumq; negotiationis exercitum demonstrat. Vid. Alciat. d. l. per

*Eot. quinquam Hotmannus in lex. mercatores Romæ, negotiatores  
in provincijs residentes faciat.*

*Ad l. alienatum 67.*

*Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in  
dominio venditoris manet, venditum tamen recte  
dicetur.*

1. *† Emtione venditione contracta nascitur obligatio, ex  
qua Emtori actio est adversus venditorem, ut rem venditam tradat  
l. exempto u. & t. t. d. ac. empt. Qui a. actionem ad rem habet,  
ipsam rem habere videtur l. id apud se 143. inf. b. t. l. is qui actionem.*
17. *ubi dixi inf. de R. i. Videtur, inquam, habere, revera non ha-  
bet. potestate habet, dum rem actione instituta consequi possit:*
2. *actu non habet. † Emprio ne & reliquis contrahibus obligatio  
tantum acquiritur § sequens 2. Inst. d. oblig. l. i in pr. de O. & A.  
quæ nec ipsum dominium est, rubr. inst. d. acq. rer. dom. rubr.  
de oblig. nec dominij acquirendi modus, sed tantum causa § per*
3. *traditionem 40. Inst. de R. D. l. traditionibus C. d. pact. † Quin  
etiam Emtione quidem præcise causa est dominij acquiren-  
di, cum sit etiam rei alienæ l. rem alienam 28. de cont. emt. & ob-  
ligatio exinde non ad dominium transferendum, sed rem tantum*
4. *tradendam d. l. exempto u. § & imprimis 2. d. ac. Empt. † Igitur  
venditum & nondum traditum, non propriè dicetur alienatum,  
cum ante traditionem res maneat penes venditorem b. l. n. † In-  
de cum ob alienationem vasallus feudo privetur 2. F. 55. § Callidis,  
feudo vendito & nondum tradito, non esse locum caducitati verius  
est, in tantum ut tradere non compellatur, sed ad interesse condé-  
nandy veniat, Schrad. de feud. p. 8. c. 4. n. 10. † Idem est in*
5. *Emphyteusi inconsulto domino vendita & nondum tradita l. fin.  
C. d. jur. Emphi. Alciat. hic. n. 6. † Quod si traditio accesserit, non  
vera tantu sed & ficta, non est simplex venditio l. i. § si iusserim 24.  
d. acquir. pos. Alciat. hic. n. 4. & seqq.*

*Ad § Donationis 1.*

*Donationis verbum simpliciter loquendo, o-  
mnem donationem comprehendisse videtur, sive  
mortis causa, sive non mortis causa fuerit.*

¶ Donationem gen⁹ sae⁹t. cñq species proximæ snt mortis eau-<sup>3</sup>  
sa & non mortis causa donationes. eadem donationum genera po-  
nit & Imp. in pr. inst. de donat. ¶ Juliano a. in l. i. de donat. nec <sup>2</sup>  
verbum univocū est donatio, quod speciebus omnib⁹ conveniat  
et quæ: nec istæ species proximæ. Eam enim quam donator prop-  
ter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitem exerceat, ait  
propriæ donationem: alias aliquid adnexum habentes, non propriæ  
appellari donationes: Et hanc speciem demū facit mortis causa do-  
nationem. ¶ Nodum hunc sic solvo: In quaq; donatione specta-<sup>3+</sup>  
tur factum donatoris, & jus id factum confirmans. Donationem  
enim voluntas donantis & juris autoritas ratam facit l. cum te spon-  
se q. C. de donat. ant nup. Ex voluntate donantis, qua vel abso-  
lute vult donatum, vel cū quodā gravamine, Juliani doctrina mas-  
na, qua meritæ asseveratur, ubi quam plurimum liberalitatis, ibi &  
esse propriissimè donationem: quantū vero liberalitati derogatur,  
tantū quoq; derogari donationi, ut in tantū donatio non sit. Ergo  
nec propriæ donatio, sed eo modo quo liberalitatis aliquid eidem  
inest. Alciat. hic n. 9. seqq. Hæc divisio ibi tenenda, ubi de liberali-  
te ipsa quæstio incidit. ¶ Altera a. divisio non tam ad factum, <sup>4.</sup>  
quam ad j⁹ pertinet, qualiter scilicet ex una specie plus juris transe-  
at quam ex altera. Ideo cum ad effectum juris, discrimin⁹ non adeo  
sit in donatione pura et non pura, sed magis in eo, utrum ex una  
dominium vel quod aliud jus, ex altera non tantundem transeat:  
necessariū fuit Imperatori, donationem potius in mortis causa &  
inter vivos dividere ibidem, ubi de acquirendo dominio rerum  
tractabat: cum omnis mortis causa donatio modus acquirendi  
Dominij sit, ut legatum: non aliæ, quæ sine ulla mortis cogitatione  
sunt, si. 2. et Inst. d. donat. ¶ Etsi igitur quoad specialem effectū <sup>5.</sup>  
juris, hæc species rectè invicem opponantur, nihilomin⁹ cum generali  
effectu convenient, utraq; rectè dicitur donatio h. l. n. l. inter do-  
minum 94. inf. h. t. L. donatio 25. C. d. donat.

Ad l. illa verba 68.

Illa verba arbitratu Lucij Titij, jus significant,  
& in servum non cadunt.

B. a.

Arbitrarij

1. † Arbitri idem est, quod aestimare seu censere. Inde arbitrium & arbitratus: arbiter & arbitrator. Sicuti universæ Iuris prudentiæ cardines sunt, factum & ius: ita & in arbitrio seu arbitrato perpendamus factum & jus. Factum quidem quatenus arbiter judicio pollet, quo arbitrari possit & potentiam in actum 2. dedit: Jus autem ut hoc arbitrium non destituatur effectu. † Hujusmodi arbitrium competit cuiq; aut in re propria aut aliena. Rei propriæ liberrimus quisq; moderator est & arbiter l. in remanda 21. C. mand. In re aliena quis à lege, aut partium voluntate arbitrium habet. A lege habere intellige Iudicem tam delegatum l. nonnunquam. 72. d. jud. quam ordinarium l. quisquis, 6. C. d. postul Frequentius tamen & magis propriè dicitur in bona fidei judicis, in quibus plenior arbitrandi potestas est. Donec ad § 3. actionum. 28. Inst. d. art. † Arbitrorum partium voluntate electorum duo genera sunt. Vnum adhibetur in re controversa, cum litis definiendæ causa ex compromisso ad arbitrum itur, & est ejusmodi, ut sive æquum sive iniustum sit parere debeamus t. t. de recept. arbit. Alterum cum extrajudicialiter sine lite alicuius arbitrio quid committitur, quod est ejusmodi, ut ad boni viri arbitriū redigi debeat, et si nominatim persona sit comprehensa, cuius arbitratu sit, l. societatem 76. pro soc. Sive igitur arbiter ex compromisso seu judex Commissarius constituantur l. quod ago 13. § ex compromisso 5. de bis qui not. infam. Sive extrajudicialiter alicuius arbitrio seu arbitratu faciendum sit l. si societatem 6. l. si coita 75. pro soc. l. si in lege 24. in pr. locat. l. si quis arbitratu 43. 4. V. O. quæsi potest, an illa verba, arbitrio seu arbitratu factum solum, an jus significant, id est, an nudum arbitrandi factum sine effectu, an magis effectus spectetur. Et magis est jus significare, b. l. n. Contrahentes enim seu litigantes, non adeo spectant quid arbiter sentiat, quam ut ejus definitione seu lis dirimatur, seu 5. certum quid isto arbitrio constituantur † Cui consequens est, cum servus jure civili pro mortuo, nec juris particeps sit l. quod attinet. d. R. l. cum simil. ut ut acermonia judicij naturali non destituatur, tamen arbitrandi potestate, quæ cum juris Effectu sit 6. ipsum destituit l. pedius 7. d. recept. arbitr. † At si non definitio nem

enem, non effectum spectent contrahentes seu litigantes, sed nam  
dam concordandi operam, quæ præstatur à Proxenetiis seu media-  
toribus, qui non ex suo arbitrio definiunt, sed tractando invicem  
ad consentiendum persuadent, & ideo non propriè illorum arbi-  
tratu fieri quid dicendum l. fin. d. proxenet. & ibi Br. existimem  
ejusmodi ministerium etiam in servum cadere posse. arg. l. 3. §  
fin. simens. fals. mod. dix. § sed cum factum 2. inst. d. stipul. servor.

Ad l. Hæc verba 69.

Hæc verba, cui rei dolus malus aberit afuerit, gene-  
raliter comprehendunt omnem dolum, quicunq; in  
hanc rem admissus est, de qua stipulatio est inter-  
posita.

† Doli clausula, in contractibus & judicijs adhibita ideo po- 1.  
test supervacua videri, cum non tantum in bona fidei contracti-  
bus ipso jure, l. ea vero 3. § fin. pro soc. sed etiam in strictis, ut  
etiam in judicijs Exceptionis ope dolus excludatur l. 1. § 1. &  
t. t. de doli except. aut si alia desit, actionem de dolo t. tit. d. do-  
lo mal. & si nihil adjectum sit l. si cum fundum 68. § ferè 1. de contr.  
empt. Sed si pro abundante adjicitur scripturam non vitiat. l.  
non solent. 94. d. R. I. & adjici solet dubitationis tollendæ cau-  
sa, non tantum in contractibus. l. stipulatio ista 38. § si quis dolum  
l. d. V. O. Sed etiam in judicijs l. judicatum 6. jud. solv. Et ho-  
die in contractibus frequens est illa formula, Alles getrewlich vnd  
ohn gefehrte quæ huic doli clausulæ correspondet. Gödd. d. contr.  
& com. stipul. c. 8. n. 26. † Hæc igitur verba, cui rei dolus ma- 24.  
lus aberit, abfuerit, Ulpiianus ait generalia, ad omnem dolum in  
rem, de qua stipulatio inter posita, admissum † Generalia sunt 3.  
ratione temporis, quippe non refert quando dolus admissus sit l.  
norissima 19. in pr. jud. solv. arg. l. verbum oportebit 8. sup. b. t. † 4.  
Generalia sunt ratione modi. Non enim interest qualiter dolus  
committatur, cum omnis fallacia doli defiaitione contineatur l. 1.  
§ 2. d. dol mal. † Generalia sunt ratione personarum, quia à 5.  
quocunq; dolus admissus sit, manet tamen in re in stipulationem

B 3

deducta

ad iudicia commissum esse l. huic stipulationi s. ususfr. quemad Cap. ¶  
Quod a. idem Vlpianus in d. l. stipulatio ista 38. § si quis dolun 13. d.  
v. O. si quis de plurium dolo caveri velit, necessarium esse adiici-  
adseverat, cui rei dolus malus non abest, non absuerit, quanti ea  
res est. tantam pecuniam dare spondes? non ex vi verborum est  
restricta, sed stipulationis natura qua inutiliter quis factum alic-  
enum stipulatur † Igitur ut de se videatur promittere, non fa-  
ctum alienum, sed si factum non sit quanti ea res est, aut pena pro-  
mitti debet § si quis alium i. Inst. d. mut. stipul. Gôdd. hic n. 4. ali-  
ter verborum generalitas in persona aliena, per naturam stipula-  
tionis, ex qua obligatio nascitur, destituitur Effectu.

*Ad l. sciendum 70.*

Sciendum est heredem per multas successiones  
accipi. Nā paucis speciebus heredis appellatio pro-  
ximum continet: veluti in substitutione impuberis.  
*Quisquis mibi heres erit, idem filio heres esto:* Vbi he-  
redis heres non continetur, quia incertus est: item in  
lege *Ælia Sentia* filius heres proximus potest libertū  
paternum ut ingratum accusare, non etiam si heredi  
heres extiterit. Item dicitur in operarum exactione,  
ut filij heres exigere possint, non ex successione ef-  
fectus.      § 1.

Verba hæc, *is ad quem ea res pertinet*, sic intelli-  
guntur, ut qui in universum dominium vel jure civi-  
li vel jure prætorio succedit, contineatur.

l. † Principium legis explicatum in l. heredis. sup. 65. b. t. In §  
1. traditur de significatione verbi *Pertinere* ut etiam in l. verbum  
38 l. inf. hoc titulo Verbum pertinere latissime patet. Refertur  
ad rem vel ad personam. Ad rem quando denotat poten-  
tiam

nam & demonstrat illas res, quæ ad aliquem pertinere possunt,  
quæ in patrimonio, in bonis esse dicuntur. l. i. de rer. diris. quæ  
rebus extra computationem patrimonij positis. opponuntur l.  
rei s. in pr. supr. b. t. d. l. 81. inf. Cum resertur ad personam,  
demonstrat actum, quo res aliqua illius persona esse dicitur. † 2.  
Plenissimè quidem pertinere dicitur res ad dominum pleno jure:  
ad eum autem qui jus tantum in re habet, eo modo quo illud jus  
est dominium l. si postulaverit 27. § 1. & seqq. ad L. jul. d. adulto-  
dictum ad l. princeps 21. supr. b. t. Sin jus in re nullum habeat, sed  
actionem ad rem, etiam ad hunc res illa dicitur pertinere. l.  
bonorum 49. supr. hoc titulo l. Prætor. 9. § his verbis 3. d. rebus  
autib. jud. pos. quatenus nempe actionem habens, videtur rem  
ipsam habere. l. is qui actionem 15. inf. d. R. l. et si jus aut actio  
sit conditione suspensa l. his verbis 19. d. adopt. l. i. § de inspicie-  
endo 10. d. venit. inspici. nam conditionales creditores, etiam  
creditores sunt l. creditores 10. supr. b. t. † Ad eum res 3.  
pertinere non dicetur, qui licet ejus intereat, agendi tamē  
causa destituitur l. in hac actione 3. § si mecum 11. ad exhib.  
l. itaque fullo 12. § sed furti actio 1. d. furt. l. non solum 39.  
§ queritur 2. d. procurat † Quid de successore? Paulus 4.  
in b. l. n. differentiam constituere videtur inter universalem  
& singularem. His verbis ad quem ea res pertinet, etiam  
qui in universum dominium vel jure civili vel jure Prætorio  
succedit, continetur. De modis succedendi in domini-  
um universum est in § fin. Inst. per quas pers. cuique acquir.  
successores universales contineri indubitatum est. l. plura 53.  
d. O. & A. l. sciendum 19. § deinde 5. d. ædil. edict. Cum in  
illos per universitatem jura, natura sua transibilia, sine distin-  
tione transeant. § 1. Inst. d. perpet. & temp. act. † At-  
tamen successor singularis non ita pure excludeendas est, sed  
ita demum si ea res, qua de queritur, illam, in quam suc-  
cessit, non afficiat, alioqui ratione rei ad illum dicitur pertinere,  
in quantum scilicet affecta est. l. si tibi decem 17. § pacum  
5. d. pact. l. ait prætor. 7. & seq. d. jurejur. l. fin. d. open.  
nay, nunc.

Ad

*Ad l. aliud est capere 73.*

Aliud est capere, aliud accipere. Capere cum effectu accipitur: accipere, & si quis non accepit ut habeat. ideoq; non videtur quis capere, quod erit restitutus, sicut pervenisse propriè illud dicitur, quod est remansurum.

¶ Qui capit etiam accipit, non contra: nam capere amplius est, Dare, capere, habere, pervenire, in effectu tantum possunt, eti tria priora ad personam, hoc ad rem magis respiciat. Res n. dicuntur pervenire: persona a. rem quidem transferentes dicuntur dare: acquirentes vero capere, quod sapit ipsum acquirendi actum: & habere quod actus continuationem, quamquam in hujus quoq; considerationis diversitate, capere videatur latius patere, quam dare, cum nihil quidem detur, quod non capiatur: Capi a. possit & usu l. bona fidei. 48. § 1. d. acq. rer. dam. l. justo 4. § filius fam. 4. de usucap. quo non propriè quid dari videatur. l. alienationis, ubi dixi inf b. t. ¶ Sed cum dare sit dominium aut jus transferre: l. si rem tradi. 28. l. ubi autem 25. § fin. d. V. O. l. non videtur 167. inf. d. R. l. Transire autem non possit, nisi etiam sit res quæ perveniat, & persona quæ capiat habendi ani-  
mo: inde vocabula ista confunduntur ¶ Capere accipitur cum effectu, & animo habendi tanquam remansurum b. l. n. ære alieno anté deducto l. venisse. 165. inf. b. t. neq; videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere l. non videtur 51. inf. d. R. l. Etsi ex casu auferri possit. l. omnes 139. § non videtur. eod. tit. l. cum quis 38. § per hominem 3. de solut. Quatenus scilicet ca-  
sus superveniens rem aufert. alioquin respectu initij & intentionis, sufficit rem translatam esse ut remaneat arg. l. 1. § hec verba 11. si cui plus quam per l. Falc. l. ita tamen 27. § heres 16. ad  
4. Trebell. ¶ Cepisse dicimus non tantum rem, naturaliter eam acquirendo: sed etiam actionem quæ pro re est, l. is qui actionem 15. inf. de R. l. Modo nequeat exceptione elidit l. cepisse 13. & nihil interest 112. eod. Nam tutus exceptione magis videtur cepisse

cepisse l. definit 116. d. t. & multo magis si ipso jure obligatio-  
ne sit liberatus l. si quis obligatione 115. d. t. † Cepisse quis <sup>se</sup>  
intelligitur quamvis alij acquisivit l. cepisse. 140. l. pervenisse.  
171. inf. h. t. quia nemo alteri acquirit, nisi cum quo potestatis  
jure pro una persona censemur. § fin. & tot. tit. Inst. per quas pers.  
cuiq; acquir. l. Stichum. 95. § quæstum 5. d. solut. † Pervenire 6.  
quog; dicuntur non tantum res, sed & actiones l. vendor 2. § perve-  
nire 3. d. her. & act. vend. & si premium loco rei sit l. si ipsa 18. quod  
met causa. Eodem modo dicimur non tantum rem, sed & actionem  
habere d. l. 15. inf. d. R. I. scilicet cum Effectu l. nomen 164.  
§ fin. inf. h. t. qui in eo est, ut res sine onere sit remansura.  
Alciat. ad d. l. 164. § fin. & rem non tantum dominij jure, sed  
si quis eam sine interpellatione obtineat, quamdiu scilicet ita ob-  
tinet l. habere 188. inf. h. t. † Deniq; verbum habere ad pos. 7.  
sessionem solam refertur l. stipulatio ista. 38. § hi qui 6. vers.  
cum verò d. V. O. imò etiam ad nudam detentionem, nam ha-  
bere etiam rem apud nos depositam solemus dicere d. l. 38. § 9.  
d. V. O. Ex quo habendi verbum in prima significacione in h.  
l. n. accipendum, in secunda non amplius est quam accipere † 8.  
Id enim accipere dicimur, quod traditur non alienandi animo.  
sed ut restituatur l. si quis iniiciatus. 13. § fin depos. quanquam &  
accipiendo verbum quandoq; cum Effectu, & pro capere accipias  
tur in d. l. si quis 115. § 1. inf d. R. I.

Ad § hac verba 1.

Hæc verba, his rebus rectè præstari, hoc signifi-  
cant ne quid periculum vel damnum ex ea re stipu-  
lator sentiret.

† In rei vindicatione ut etiam in actione redhibitoria, cau-  
tiones interponi soient, his rebus rectè præstari l. si post acceptum  
18. seq. d. R. V. l. redhibere 2. § item Pomponius 2. d. ad l. editio.  
gl. hic & autore Varrone lib. 2. d. rerum rustica bovum indomito-  
rum emptores sic stipulari solebant: illosve juvencos sanos, de-  
que pecore sano esse, noxisq; solutos rectè præstari spondes?  
Alciat. hinc, 14. † Quis ejus clausulæ effectus sit, in b. § n. de-  
terminatur

C

terminatur, scilicet ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiat. Periculum ad personam, damnum ad pecuniam Accursius hic refert sed expressè contradicit textus qui periculum & damnum ad rem refert. Gödd. hic n. 3 & 4. arbitratur periculum de notari casum fortuitum: damno a. incommodum injuria datum. Sed ut periculum etiam ex culpa est l. non ob eam. 25. pro soc. ita & damna fatalia, sine culpa contingens l. si ut certo s. § quod 3. vero 4. commod. Cujac. ad h. l. putat periculum esse rei peremptionem: damnum diminutionem, quasi periculum non significaret etiam diminutionem l. si quis rina 4. verb. periculum acoris. de peric. ex rei vend. Sicut & damnum rei quoq; interitum. 4. pr. inf. ad leg Aquiliam. † Mihi videtur periculum & damnum non aliter differre, quam causam & Effectum. Periculum est ipse casus & fortuna futuri damni l. & C. d. Comod. l. i. d. per. & com. rei vend. damnum a. ipsa est patrimonij diminutio inde contingens l. damnum 3. de dam. infect. & sensus igitur est, stipulatorem à metu infortunij & ab ipso etiam damno immunem esse ex stipulatione interposita. Hæ significandivis non est ex verbo præstari nec ex verbo recte, sed 6. ex verbo, Rebus † Etsi enim præstare hic sit veluti antestando impedire, ne quid sequatur. Gödd. hlc n. 5. Et recte sit pro viri boni arbitrio l. hæc verba 37. inf. h. t. tamen cum referantur ad personam, is dicetur recte præstare, qui dolo & omni culpa vacuus est: Casus a. fortuiti à nullo præstantur l. contractus 7. 23. inf. d. R. l. † Cum vero ad rem referuntur, qualiter cunq; res diminuta sit, et si culpa absit, tamen non est integra, nec recte præstata dicetur. h. l. n. l. sed mihi 3. § si redditum 1. comod. l. mulieris 13. § res abesse 1. & l. seq. supr. h. t.

### Ad l. appellatione 72.

#### Appellatione rei etiam pars continetur,

† Appellatione rei pars etiam continetur, non nominatus sed in Effectu. Domus appellatio ad singulas partes non refertur

tur, nec pars<sup>is</sup> domus dicetur, et si pars domus sit. *Locus quis*  
partio fundi est, non ideo fundus est. *l.*, *locus 60.* *supr. b. t.* Et sic  
de similibus. † Effectum spectant nostri autores, ut de toto *2.*  
dictum referatur etiam ad quamlibet partem, & quod juris est  
in toto quoad torum, illud etiam sit in parte quoad partem *l.* *dies.*  
*4.* § si intra *l.* d. *dam inf.* *l.* si *procurator 18.* *rat.* *rem hab.* *l.* *jurisgeneri-*  
*um 7.* § *ad eo 6.* *l.* si *unus 27.* § *si cum decem 5.* *d. part.* † *Quod 3.*  
ita obtinet nisi sit alia ratio partis & totius. Alciat hic n. 4. vi-  
deatur Eberhard. in *top. leg. loco à tot. ad partes per tot.* Tiraquell.  
*d. retract. lignag.* § *l. gl. 7. n. 40.* et *46.* *Gothofr. ad h. l. n.*

*Ad l. hac verba 73.*

Hæc verba in stipulatione posita, *eam rem rectè*  
*restitui,* fructus continent. *Rectè enim verbum*  
*pro viri boni arbitrio est.*

† Habet quidem restituendi verbum plenam significationem, *1.*  
ut fructus et omnem causam comprehendat *l.* plus est. *22.* *l.* re-  
stituere *35.* *sup. b. t.* Sed si actionem habeam ad id conse-  
quendum, quod meum non fuit, veluti ex stipulatu, fructus ante  
judicium acceptum non consequar *l.* videamus *38.* § *si acti-*  
*um 7. de usur. l.* si *filius fam. 78.* § *fin. d. V. O.* Fructus  
ante litem contestationem tacitè tantum veniat, & per con-  
sequentiam, verbo restitutionis, cum verbum retro, porrigitur  
tantum vi sua ad litem contestatam *d.* *l.* *restituere supr. 35.* *b. t.*  
In strictis a judicijs stricta est interpretation, & quod palam ver-  
bis non reperitur expressum, intelligitur omissum *l.* *quicquid. 99.*  
*l. V. O.* † Sed si verbum rectè adiiciatur, naturam obligatio-  
nis strictā ampliat & producit ad arbitrium boni viri, ut jam resti-  
tutio facienda sit non ex verbi significatione restricta; sed prout  
viro bono æquum justum videbitur, *b. l. n.* æquum autem  
mano est, ut mora promissoris stipulatori non noceat qui fru-  
ctus consecutus fuisset, si res justo tempore ipsi esset reddita *arg. l.*  
*factum 153. inf. d. R. I.* † Verbum recte ad justitiam cause refertur, *3.*  
ritè ad solemnitatem, qua tamen subtilitate icti abuntur *l.* *2. d.*  
*inoff. test.* Alciat, hic n. 3. sq. Gödd. ibid. n. 4.

*C. 2.*

*Ad l. signatorius 74.*

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

1. † Signatorius annulus, qui signandi causa insculptam signis imaginem habet l. ad testum 22. § signum 5. de test. Signantur non tantum testamenta, Epistolæ, cautiones, sed etiam merces, vasa, ædes, & similia, non eo tantum fine ut obsignata sigillis tanquam seris clausa sint: Cujac. hic. Verum notandi quoq; causa, ut signum impressum rei gestæ sit iudicium l. subsignatum 39. s. b. t.
2. † Cum ergo ex fine res aſtimentur. l. nam quod 4. d. pen. leg. & annulus signatorius non ornatus causa paratus sit; facile est cur ornamenti appellatione non contineatur. l. argumento 25. § ornamenti 10. d. aur. & arg. leg. l. cum pater 77. § pater pluribus 21. d. leg. 2. bene Gothfr. & Gödd. hic.

*Ad l. restituere. 75.*

Restituere is videtur, qui id restituit quod habiturus esset actor, si controversia ei facta nō esset.

De hac lege dictum *supr. sub l. plus est. 22. h. t.*

*Ad l. Dediſſe 76.*

Dediſſe intelligendus est etiam is qui permutevit & compensavit,

1. † Proprie quidem dediſſe is dicetur, qui tradendo transfert dominium l. ubi a. 25. § fin. d. V. O. Qui compensat non tradit verē, sed creditorem suum, eundemq; debitorem, debiti & crediti inter se contributione submovet, ut solvere & consequenter tradere hinc inde non sit necesse l. 1. 2. & 3. d. compens. sic qui permutebat non tam simpliciter dat, quam retro dat aliud pro alio l. 1. d. rer. permut. † Sed in effectu tantundem est: cum utrobiq; compensanti & permutanti ex patrimonio suo & que abſit ac si compensatione prætermissa, salva actione sua, paratis nummis solvisset: & reddendi verbum etiam dandi significationem recipiat l. verbum reddendi 94. inf. h. t. consequenter qui permutevit
- 2.

vit vel compensavit, aut si quid remisit, vel se obligavit, dedisse  
intelligendus est l. in tantum 18. & seq. d. lib. causa l. si mulier 10. d.  
Cond. causa dat.

Ad l. frugem 77.

Frugem pro reditu appellari, non solum quod  
frumentis aut leguminibus: verum & quod ex vino  
silvis cæduis, Cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulia-  
nus scribit, fruges omnes esse, quibus homo vescas-  
tur, falsum esse: non enim carnem, aut aves, feras-  
ve, aut poma fruges dici: frumentum autem id esse,  
quod arista se teneat, rectè Gallum, definisse. Lupi-  
num vero & fabam fruges potius dici: quia non ari-  
sta, sed siliqua continentur, quæ Servius apud Alfe-  
num in frumento contineri putat.

† Frugum genus reditus facit. Reditus quasi sæpius rede-  
entes, sunt quæcunq; obventiones, seu ex re ipsa, seu rei occasio-  
ne contingentes l. usufructu legato 7. § rei 1. d. usufr. Tiraquell.  
d. retract. lignagier § 1. gl. 6. n. 1. † Inde reditus naturales 2.  
sunt aut civiles. Naturales sunt qui ex ipso corpore percipiun-  
tur, & propriæ vocantur fructus l. usura 121. inf. b. t. † Nas 3.  
cuntur fructus aut ex rebus mobilibus § in pecudum 37. Inst. d. R.  
D. aut ex rebus soli, & hi meræ naturales sunt: Menoch. 2 arbit.  
jud. q. 219. aut industriales. Meræ naturales sunt qui absq; ho-  
minis opera, naturæ beneficio nudo gignuntur, ut poma & fæ-  
num. Pomi appellatio generalis est fructuum ex arboribus esui  
aporum, nuces, ficos, uvas duracinas & purpureas, & non vini  
causa paratas comprehendens, l. qui fundum 205. inf. b. t. ibi Gödd.  
Fænum est ad quod percipiendum falce duntaxat opus est, l. pra-  
tum 31. supr. b. t. Huc refero etiam fructus venationum, aue-  
piorum, piscationum l. item si fundi 9. § auepiorum 5 de usufr. † 4.  
Industriales fructus sunt, qui natura cooperante ex facto possesso-  
ris nascuntur, & ejus operis acquiruntur. l. fructus 45. d. usufr. Hi  
fructus

5. fructus in specie appellantur fruges. + Quapropter ictus noster non  
simpliciter ait frugem pro reditu appellari, sed ita, ut non solum  
quod ex frumentis aut leguminibus, verum etiam quod ex vino,  
silvis ceduis, cratifodinis, lapidicinis capitur. comprehendatur.  
6. b. l. n. + Quod Cujacius hic ita intelligit, ac si ultimum hoc non  
sit significatione verbi, sed interpretatione, quia eadem ratio sit  
in vindemia, in lapidicinis & reliquis, quae in frugibus. Frugum  
appellatione tantum contrineri frumenta & legumina. Sed hoc to-  
tum est divinatorium, immo auctori nostro contrarium, qui simplici-  
ter & haec ipsa frugem appellari docet. Fruges enim sunt, quae ex  
terra industria humana proveniunt, sive ex semine satos, sive sine se-  
mine. Ex semine quidem frumentum & legumen. Sine semine  
vinum, arbores frugiferæ, mineralia l. fructus 7. § si vir 13. sol. metr.  
7. Hæc ictus nostro vera sententia est, quā initio legis proponit + De-  
inde auctoritate Iuliani reiicit quorundam veterum malam defi-  
nitionem, tanquam definitio latior, qui definiebant, fruges  
omnes esse, quibus homo vescatur, quia carne & pœnis homo ves-  
catur, quae tamen non sunt fruges. + Deniq; tractat de frumenti  
definitione, id Galli auctoritate definiens esse, quod arista se tene-  
9. at. + Arista spicæ partes extremæ sunt, quibus frumentum à mor-  
ibus avium minorum defenditur. Gödd. hic n. 3. & ad l. 30. n. 7.  
10. supr. h. t. + Lupinum vero & fabam addit frumentum non dici:  
11. quia non arista, sed siliqua contineantur. + Siliqua est integu-  
mentum, membranula, seu folliculus, quo legumina includun-  
tur. Gödd. d. n. 3. in fin. quamquam etiam pro fructu arboris dulcis  
longo & coloris atri, item pro certo pondere accipi doceat Alciati  
12. hic n. 6. + Quod vero lupinum & fabam à Servio apud Alphenum  
in frumento recenseri refert, eo ipso præcedentia non emendat, ut  
putat gl. hic. nec sic refert ut improbet, ut opinatur Alciatus n.  
9. sed et si legumina à frumento propriè distinguantur, tamen fru-  
menti appellationem ex rationis identitate etiam ad legumina  
vult porrigi posse, & per accidens quandoq; leguminum usum  
13. pro frumento esse Gödd. hic n. 6. + Quid si nec arista nec siliqua sit,  
ut in panico & milio? Ictus racite leguminis verbo videtur com-  
prehendere, quasi aristam ex hoc genere non habens, legumen

sit,

Si, dum frumentum esse non potest, facit l. si ferrus servum 27. § sed  
et si quis milium 19. ad leg. aquil. † Addamus jam eodem concordia  
xtra de civilibus redditibus. † Hi non natura sed jure percipiuntur, 15.  
non ex re ipsa, sed rei occasione l. usura 121. inf. b. t. l. si natis 62.  
d. R. V. ut sunt usura mercedes, operae servorum, vecturæ navis  
um & jumentorum, quæstus negotiationum. † Hi licet propriæ,  
in fructu non sint d. l. usura 121. tamen sunt loco fructuum l. mer-  
cedes 29 de her. pet. vicem fructuum obtinent, & merito non  
debent à fructibus separari l. usura 34. d. usur. Quod cum verè  
& naturaliter non sit d. l. 121. ad similitudinem tamen fructuum  
naturalium ita obtinet interpretatione civili, & merito inde ap-  
pellantur civiles: fructu Menochio d. cas. 210. n. 29. sibimet concordia  
ente Gödd. ad d. l. 121. in fin.

### Ad l. interdum 78.

Interdum proprietatem quoq; verbum possessio-  
nis significat, sicut in eo qui possessiones suas legasset  
responsum est.

† Possessio imprimis factum, deinde jus, deniq; & rem posses-  
sam significat ut dictum ad l. ager. 24. in fin. supr. b. t. Ius il-  
lud quod ex possidendi facto oritur, cum plenum est, & rei  
ipsius possessæ, dicitur dominium l. t. § dominiumque l. acq.  
pos. Quicquid vero apprehendimus, cuius proprietas ad  
nos non pertinet aut non potest pertinere, hoc possessionem ap-  
pellamus. l. quæstio 15. inf. b. t. Hæc possessio si jure destituatur  
simpliciter facta est, & denotat κατέχειν seu detentationem d. l. l.  
in pr. d. acquir. pos. l. possessionem 29. eod. tit. sed interdum tran-  
sit in jus, minus tamen proprietate seu dominio, quale est bona  
fidei possessoris § item robis 3. et seq. infi. per quas pers. cuq; acquir.  
† Cum possessione sive facti, sive juris sit, nihil commune habet 2.  
proprietas l. naturaliter. 12. § nihil l. d. acq. pos. Proprietas n.  
est quid plenius & specialius: habet nomen speciale, & peculiari-  
rem naturam à possessione nuda distinctam. Proinde possessio  
& proprietas misceri non debent l. permisceri 52. eod tit. † Hoc 3.  
ita de possessione qua per se est: sed est: possessio quædam non per  
se, sed inest dominio seu proprietati ut quanquam dominus non  
sem-

semper rem actu possideat & naturaliter: tamen jus possidendi habeat, ex quo possessionem sibi tueatur l. officium 9. d. R. V. etiam adversus bona fidei possessorem, cuius jus domini respe- tu infirmum & invalidum est l. pen. & ult. d. publ. in rem act. Ita proprietas nihil commune habet cum possessione, non quasi sint contraria; sed quia possessionis nomen generale est: proprieta- tis speciale, cui ut speciei, possessio ut genus insit, ut agnationi cognatio, arrogationi adoptio pr. inst. d. adopt. l. inter agnates unde legit. Ea propter possessionis nomen proprietati specificé non quadrat, cum habeat nomen speciale, vulgare & usitatum, ut generali non sit opus. arg. l. 1. 2. & 3. d. prescript. verb. l. in toto

4. 80. l. in eo. 110. d. R. 1. ¶ Verum non statim inde generalis appellatio possessionis proprietati denegatur, cum semper specialia generalibus insint scilicet generaliter & comprehensivé l. semper 147. inf. d. R. 1. nec qui ut Dominus jure civili remedia habet ideo possessor negatur § aliquando l. Inst. d. bon. pos. Hae ratione verbum possessionis interdum significat proprietatem h. l. n. scilicet cum generaliter accipitur, non tantum pro possessione quæ per se est, sed etiam quæ proprietati ut genus inest l. ¶ de vi 37. d. judic. l. Lucius. 11. d. epist. l. quisolidum 78. § 1. l. Tiz- s. tia 87. § Lucius 4. d. leg. 2. ¶ Exemplum Ictus proponit de eo qui possessiones suas legasset. Hic n. non tam exclusisse prop- prietatem, quam si forte res non proprietatis, sed simpliciori jure ad ipsum pertineant, eas nihilominus legatas voluisse est censem- dus d. l. qui solidum 78. § cum post mortem 1. d. leg. 2.











## AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

*sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege haud innectum; nihil obstat validere cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Hor. IV. §. 4. p. m. 833.*

- 8) In litteris cambii *non requiritur jam facta debita ex cussio jure Saxonico et aliorum locorum legum* cambium et pactum obligationis ad carcerem *cum pecunia mutuaticia tuto collocanda, Cap. III.* Ius autor exquisitiora tradit, quam inscripti promittit.
- 9) In iisdem igitur *nec bonorum cesso liberat a causa debiti.* Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. de obligatione causa debiti. Lips. hab. 1723. et V. C. Ioh. FRIDERICI de pecunia mutuaticia tuto collocanda, Cap. III. Ius autor exquisitiora tradit, quam inscripti promittit.

## §. CXVIII.

Obligatio *ad obstagium* etiam ab obligatione diversa est. Illa enim, nomine ante diem non bitor interpellatus diversorum publicum ingredi, in stercore, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Quem designatum haud ingreditur, per sententiam obligatur et quidem cum comminatione poenae des Schuttenia ita habet: *Iß beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gaß-Hof N. zugegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Comdem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt gegen fernrer gegen ihn ernstlich verfahren werden soll.* obstagium hodierum in terris Slesvico-Holsticis, Hare constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati Gelnhausbus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstagium.

K 3

